



Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Dominica Resurrectionis. 36. Duo Resurrectionis Christi puncta observantur. 1. scilicet modus quo resuscitatus est, non ampliùs moriturus. 2. tempus tridui quo resuscitatus est: Resurrexit sicut ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

SERMO XXXVI.
IN DOMINICAM
RESURRECTIONIS DOMINI
NOSTRI JESU CHRISTI.

IESU Marquis Nazarenum crucifixum, surrexit, non est hic, ecce locus ubi posuerunt eum, Marci cap. 16.

Duo fuerunt viri illustres, majori charitate & timore Dei præditi, quam unquam in Judæa floruisse noscuntur, quorum unus Joseph, alter Nicodemus appellatur, quorum pietate exanime & exangue Redemptoris nostri corpus in frigidis oculis matris suum, velut in depositum consignatum fuit. Porro sepulchrum illud ex omni parte laminis ferreis adstrictum, plumbo adunatum, & Pilati sigillo communitum, lapis superior ab omni eo tuebatur, ut forte sub quoocunque tandem prætextu ad eum ab ore sepulchri temovendo præsumpsisset accedere. Integra quædam custodum cohors armis optimè instructa pro meliori esse sepulchri custodia & securitate vigilabat præ illud, timens ne forte in tempesta nocte discipuli ex improvise Dominicum corpus auferentes, postea Christum à mortuis resurrexissent vulgus spargerent. Verum hoc mane dum laxata & videns aurora lilia passim spargeret & rosas, ipsumque cælum cæruleo aureoque colore depingeret, beata Christi anima è Limbi splendoris reverfa, cadaverique ejus flagellis direlacerato, & sanguine adhuc madescenti conjuncta, id ipsum perfectissimè vivificavit. Unde motis cunctarum rerum victrix, & dominatrix genitus profigata, Christo triumphatori visa est cedere, suumque felicem insolentemque ausum & fastum ejusdem pedibus subfremere. Unde hic cælorum Rex gloriosissimis circumradiis, & splendoribus amictus resurrexerat, nullum deinceps fatali Patre tribu-

tum redditurus. Et sicut exoriente Sole umbræ evanescent, campumque diurnæ claritati ultro cedunt, ita quoque, quæ universum mundum paulò antè obnubilaverat, mœstria in fugam se recepit, lætitiæ apertum perviumque iter relinquens, pristinus vulvum, cordiumque humanorum sedes repetendi facultatem liberam dedit. Porro milites sepulchri custodes, luminum ab hoc glorioso corpore copiosissimè emanantium claritatem sustinere minime potuerunt, ideoque tota ipsorum cohors veluti dissipata & profigata remansit, ex ipsis namque alii nimio terrore consternati corruerunt in terram, alii nimiam, quæ eorum oculos perstringebat & habebat, lucem objectis vultu manibus atcebant: alii sinistra scutum corripientes, dexterâ enslem (licet in vanum) stringere tentabant; alii velut aëris hostes facti cum vento pugnant, alii velut statuæ quædam obstupefacti substituerunt, alii omni profusus animi ausu depositio aufugiebant, alii denique obdurate fronte timori, qui eos antea ad fugam inendam compulerat, resistentes, revocatis deuvo animis ad sepulchrum accessere propius, atque ut rei veritatem certius ediscerent, sepulchrum jam Divinâ virtute resecratum ingressi, manum extendebant in tombam, sed nihil præter lintea, quibus cadaver Domini involutum fuerat, inveniunt, retracta mox manu recesserunt confusi, & tamen in viti, Dominum vitæ Authorem verè resuscitatum esse

Vuu ; confessi

confessi sunt. Superbiat igitur nunc, & extolatur quantum potest fastuosus tortuosusque serpens de gemmato dorso suo renovatus, deque recuperato juvenilis ætatis vigore, redeuntem cordis lætitiã in oculis suis rejuvenescentibus exhibeat, vestemque suam obsoletam inter duas petras dilaceratam relinquat & deferat. Complosialis in Carmeli, Libani, vel Arabiæ verticem phœnix se evolvendo erigat, atque ex odoriferis & aromaticis lignis comparatã sibi lætitiã sibi lætitiã comparat, indeque cadenti ætate suã aromaticum ignem eliciat, per quem incineratus singulari naturæ suæ privilegio noviter reviviscens, cum majestate resurgat: siquidem majori cum stupore Redemptor totius universi, novellus Phœnix in nido crucis suæ ex lignis odoriferis compositæ charitate exardescens ad æternam vitam reascitur. Atque intra sepulchri cujusdam petras mortalitatis nostræ indumenta deferens, gloriæ chlamyde reinduitur, atque è mortis tenebris, ad dei sempiternæ serenitatem immortali ter resurgit. Sollicito quidem gressu, & cum singulari affectus fervore ad sepulchrum Christi devotè accurrunt Mariæ, ut Magistri sui venerabile cadaver aromatibus exquisitis cum in finem coemptis condire valeant: Emerunt aromata, ut invenientes, ungerent Iesum: Marc. 16. at verò cœlestem quendam legatum candidã stolã amictum supra sepulchrum sedentem inveniant, qui plenum illis de Christi resurrectione testimonium perhibens, dixit eis. *Iesum quæritis Nazarenum crucifixum: surrexit, non est hic* (ut interpretatur Ludolphus Carthusianus p. 1. cap. 69.) *Qui jacuit in morte, resurrexit in gloriã.* Unde cum Prophetã Regio dicere possumus: *Ad vesperum demorabitur fetus, & ad matutinam lætitiã,* Psal 26. quorum verborum juxta doctrinam sancti Athanasii hic ferè est sensus: *Ad vesperam Passionis Christi demorabitur fetus in Apostolo, & ad matutinam, quo Dominus resurrexit, erit lætitiã & gaudium.* Verum enim verò, ô Auditores, quod si in hoc lætitiæ & exultationis die occurrentes circumstantias cunctas per ordinem recensere mihi animus esset, meritis cum Ludolpho Carthusiano (par 2. c. 69. de Resur.) dicere possem: *Dies mihi deficiet si voluero omne diei istius exponere Sacramentum, atque ided ad duo duntaxat puõcta me restringendo, de modo & tempore, quo resuscitatus Dom. est discussuremus. Quoad portò modum atinet, is est Iesumedi quod scilicet immortalis resurre-*

xit, nunquam denno moriturus: *Mors illi non dominabitur.* Rom. 6. Quoad tempus autem, resurrexit tertia die, prout pronuntiat *Resurrexit sicut dixit.* Cum igitur dies illæ lætitiæ sit dedicatus: *Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.* Vos omnino esse cupio, ut dum ego in ead rationandum de Christi resurrectione accingo, vos quoque curatis ut corda vestra exultent, vultus quoque vestri serenitatem induant, aures vestre diligenter auscultent, ac demum linguæ vestre dicant, quod à vobis futurum speras exordior.

2. Resurrectio Christi exemplum est resurrectionis nostræ, nec tantum ejus quæ corporalis est, & in reunionem spiritus cum corpore, in novissimo iudicii die futura consistit, verum etiam resurrectionis spiritualis, quæ à morte peccati ad gratiã vitam resurgimus; atque ided dixit Apostolus: *Quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novissima vita ambulemus* Rom. 6. Verum, in quibusquomodo resurrexit: immortalis, & lætatur nunquam iterum redigendum esse in mazam mortis: *Scientes quod Christus resurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.* Ibidem. Ita quoque nos in hoc facto dei meminisse debemus, nos ad gratiam & ad Deum resuscitatos esse cum firmo & stabili proposito nunquam reincidendi in culpæ mortem: *Non amplius morituri.* In hisceis legatur, quod Centurio quidam post notabilem in bello commissum errorem, Lamæcum Generalissimum Ducem suum preceps fuerit, ut hunc ei errorem condonaret, eò quod finisset secum statuisse, deinceps esse cautior & vigilantior, curaque ne in similem posthac negligentiam reincideret cui, Lamæcus eã, quæ caput militiæ decet prudentiã respondit: *In bello non licet peccare bis.* Non omnes quoque sumus Christianæ militiæ sacramento obstricti Deus Generalissimus nos ter nostros nobis hoc tempore errores demittit: *In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus in remissionem peccatorum.* At verò cavendum nobis est, ne in eosdem relabamur errores: *Non dicite peccate bis:* Nunquid S. Apostolum Paulum dicentem auditis: *Et ultra non serviamus peccato.* At est, inquit doctissimus & gregorius de Columna tibi. (Quicumque debent imitari Christum immortaliter viventem, non debent ulterius ad peccata redire; Nos sumus ejusmodi. Ergo non debemus ad peccata redire.

D. Atha.
us. in Ps.
29

3. Cain ex levore iracundia suae in ea se con-
 fessa precipitari permisit, ut Abeli fratri suo,
 adolescenti amabilissimo, innocenti & instar
 sternitii alicuius candido mortem inferre vio-
 lentiam secum sterneret. Deus autem ut hunc
 fratricidam ab hac sua temeritate respiceret
 faceret, de commisso delicto processum quen-
 dam interrogatorium facturus eum convenit,
 & circa corpus commisi erroris hanc ei interro-
 gationem proposuit dicens: *Quid fecisti?* Ge-
 nel. 4. Quae verba postea a Septuaginta in-
 terprete in haec verba fuit translata: *Peccasti,
 quia?* Verum o Domine, dicat hic alicuius,
 videtur mihi huic juveni rem aliquam praeci-
 pere impossibilem: Quia enim ratione fieri pote-
 rit, ut transgressor post commissum peccatum
 in pace animi, & tranquillâ conscientia reman-
 eat, eaque securitate & quiete gaudeat, quae
 immaculati & puri cordis propria est? Quod
 si eorum iusti in te solo, qui Deus es, quietem
 inveniant, uti Magnus Pater meus dicere sole-
 bat: *Inquietum est cor nostrum, donec requiescat
 in te, quâ ratione pervecti extra te quietem in ve-
 nias, & in peccatis suis quieti & tranquilli vi-
 vere poterunt, cum tamen Isaias Propheta af-
 firmet: Cor impium quasi mare fervens, quod qui-
 escere non potest.* Isa. 57. Nunquid Jeremias
 quoque civitatem Jerusalem ob culpam suam
 gravitatem instabilem factam esse, nec re-
 quiem invenire posse dixit: *Peccatum peccavit
 Jerusalem, propterea instabilis facta est.* Thren. 1.
 Ergone solus Cain in peccato suo consolatione
 quietis invenit, & in cunctis casibus adversis,
 quos culpa in peccatum & damnum transgressorum
 parere solet, vitam quandam in perturbabilem
 regere poterit? Et quidem difficultas haec ma-
 gis augetur, considerando quod aeternus ju-
 stitiae Deus eum postea condemnarit, ut sit
 vagabundus & fugitivus super terram, ita ut ne
 pedem quidem in terram quiete figere possit:
*Vagus & tristis, vel cum Septuaginta: Gomens
 & membris in terra,* enim verò S. Bernardus
 per admittendam semper doctrinam suam ve-
 ram nobis hujusmodi difficultatis intelligentiam
 subministrat, dum ait: *Vanum tibi est, dum ad-
 huc perdes in sinu, sententiam ex lauro, dum
 peccatum non desistit, paenitere, quasi dicat sanctus
 hic Doctor: Quid vobis conducit purificare a-
 nimam vestram, vestramque rectificare consci-
 entiam, si postea ad illam coinquinandam &
 obliquandâ protinus in id ipsum redeatis? Quid
 parat res aliud auncum, argenteum, vel au-*

reum expolire, si postea idem datâ operâ de
 novo contaminare praesumas? Si peccasti, & de-
 nuo restitutus es gratiae Dei, subsiste firmiter, &
 recidivam caveto. Et hoc proprie est, quod De-
 us Caino dicere volebat, cum ait: *Peccasti? q. d.
 Hoccine fratricidium commisisti? Libenter e-
 quidem id tibi condonabo, cum hoc tamen pa-
 cto & conditione; ut quiescas; noli fieri recidi-
 vus, quia quantitas continua non est discretâ.
 Lapsus es, ne relabaris.* Agedum igitur, huc adis
 peccator, ad eum namque modum quo Deus
 Caino locutus est, te quoque alloqui volo. *Pe-
 ccasti?* Num forte hucusque per blasphemias,
 carnis sensualitates, usuras, aliaque scelera De-
 um offendisti? *Quiesce.* Ex quo Salvator tuus
 animam tuam proptio suo sanguine purificavit,
 noli tu eadem novis culpam sordibus conta-
 minare. Si in scelera praecipita corruisti, &
 tamen benignissimus Deus te inde redemit, ne-
 li relabi in eadem tam periculosa praecipitia.
Quiesce ne relabaris. Non licet peccare bis.
 4. O Domine, dicebat olim David Prophe-
 ta Regius fatendum est, quod maximum mi-
 hi praestiteris favorem, quo majorem desiderare
 non possem, pro quo ex omnibus spiritibus mei
 viribus tibi gratias ingentes refero, meque tibi
 perpetuo obligationis vinculo obstrictum esse
 censebo. Nunquid enim parum tibi esse vi-
 detur quod sacrum hunc rudem & grossum,
 quo vestiri solebam, consideretis & laceretis?
Considisti sacrum vestim: unde mihi tanta sub-
 nata est cordis laetitia, ut extra me penitus rap-
 piar. Sed quid dicis o David: Nihil non nihil.
 Nunquid Rex eras eo tempore quo Psalmum
 hunc composuisti, in quo in haec verba, inter ce-
 tera prorumpis. Eras utique. Quomodo igitur
 sacco indutus esse poteris? Nunquam etenim
 haec tunc audivi Regem aliquem sacco
 indutum processisse in publicum: ac proinde eos
 potius candida bysso, aut purpurâ pretiosissi-
 mâ, aut vestibus auro intertextis vestitos esse
 vidi, sacco autem communititer pauperes & vi-
 lissimis civitatis alicuius exercitiis destinati ho-
 mines vestiri consueverunt. Scio equidem,
 quod multi sacri Scriptores per hunc sacco
 Christi Domini nostri humanitatem intelligant,
 quae in Passione flagellis, clavis, spinis, & lan-
 ceâ lacerata fuit: Ac proinde existimant,
 quod Propheta Deum incarnatum cum aeterno
 Patre suo loquentem introducat. Ita S. Athanas.
 Athanasius, cum ait: *Convertisti planctum meum
 in risum, in gaudium, in*

Psal. 29.

Athanas.

ibid. 91.

Handwritten notes in the right margin, including the word "licet" and other illegible scribbles.

Guil. Pa-
rij. ser. 2.
de die 3.
Pascha.

gaudium mihi, quia de Resurrectione gaudere se-
cisti; confidisti saccum & corpus meum in passio-
ne. & circumdedit me stola immortalitatis cum
summa laetitia. Idem affirmat Guilielmus Pa-
rienfis, dicendo: (Hujusmodi saccus fuerat scis-
sus in multis locis in Passione, videbatur in pe-
dibus, manibus, latere, capite, & quasi per to-
tum in flagellatione; sed confidit ipsum
Deus Pater rediretando etiā pulchrius quā
prius, in suā glorioſā resurrectione.) Verum
ut ad præſens propositum difficultati hujus re-
spondeamus, advertendum est prius, quod duo
inveiantur vestium genera; unum ex candida
byſſo, estque ipsius Dei gratia, alterum au-
tem est saccus quidam grossus & rudis, estque
peccatum, ambabus vestibus anima nostra suc-
cessivè induitur. Quid igitur nunc David dicit?
Confidisti saccum meum q. d. Tu ô Domine
sacrum, id est, peccatum, quo anima mea in-
duta erat confidisti, & lacerasti. Verutamen
nondum ex toto soluta est difficultas: Cur enim
potius dicit: *Confidisti* quā *abſulisti à me*
sacrum meum? vel *Exulisti me* *sacco* *meo*? Is
qui vesperi quietem captaturus nocturnam, ves-
tes exiit, easque seorsim in locum aliquem re-
ponit, significat quod mane ubi è lecto se rece-
perit eadem denuo induere velit? Si autem
conſcindat & laceret, sufficienter quoque se illas
deinceps nunquam reinduere velle significat.
Atque idèd chem quam bene aptè sanctus Rex
loquitur, dum ait: Tantam in me ô Deus con-
tulisti gratiam, ut tandem me resolvere ad hoc
potuerim ut saccum peccati, quo rursus &
summo cum probro sui hæcenus indu-
ebatur anima mea, conſcindere & dilace-
rare potuerim. Lacerare dico, quia sanctè tibi
promitto, & firmiter statuo me turpi & foeda
hac veste nunquam deinceps reinduendum es-
se, quod idem erat, ac si diceret. Ex quo nunc
intuam, ô mi Creator, gratiam redii, cura
mihi erit, ut deinceps te in æternum
nunquam amplius offendam. *Hunc habitum*
non dixit exutum, sed conſiſſum: Non sine myste-
rio: habitum quem nocturno tempore dormiu-
rus exuis, matutino iterum vigilaturus assumis:
at verò quem non modo exuis, sed etiam scindis,
rumpis, & frustra discerpis, nunquam amplius
recipis induendum: Ecce igitur tibi nunc eam
quæ exinde elicitur conclusionem: Sic igitur
peccatum non est ita exuendum, ut iterum indu-
atur, sed ita dissipandum, ut nunquam amplius in
animum revocetur, concludit Ille Modernus.

5. Hanc vangelicam doctrinam Iste-
phorus Citharædus de novo ratificare voluit:
censetur, quando in Psalmis ita canit: *Specie*
tua, & pulchritudine tua, intendè proſpere, pro-
cede, & regna. Plal. 44. Hic enim refert
Davidicus duobus modis ab Hugone expoſi-
tur. Primo enim illum intelligendum esse
censetur de Verbo incarnato, ac procedit dicitur:
(Specie tua quantum ad humanitatem, lace-
de, ut sit sensus. Hominem petentem respice,
procede de utero virginis; prosperè, id est, ad
prosperitatem & utilitatem nostram.) Se-
cundo intelligitur de anima quadam, quæ
hæcæ fœtis Paſchalibus gratæ eximioſam
mentis, nec non & donibus naturalibus est
ornata, unde apud alias creatura speculabilis val-
dè redditur & præſtans: Dicitur igitur: (Specie
tua, quantum ad naturalia, pulchritudine
quantum ad gratitiam: hoc est irago & simili-
tudo Dei ad quam factus est homo, intendo, ut
sit sensus: in quem finem qui est Deus, recede
ret docet species tua humana.) Unde sin-
gulariter advertendum est, quod hæcæ verò
dedit monitum: *Proſpere procede*. Quid enim
significat prosperè procedere? nihil aliud quam
progredi in statu perfectionis, non verò re-
lut cancer retrogredi ad vitam impiam & pec-
ditam, & peccata semel demissa reverti.
Proſpere procede (ita exponit Hugo id fol.
107. *Non retrocedendo ut cancer*. Si dimissi-
ludos, *noli retrocedere, ut illos renſumas*, si ad-
res odii erga proximum extinxisti, *noli retro-*
cedere, ut in iisdem denuo accendatis. Si a ma-
la te societate separasti, utpote quæ causa erat
damnationis anime tuæ, ad eam denuo rever-
vandam aut repetendam *noli retrocedere*. Qui
autem secus fecerit, *Non Rex efficitur, sed servus*
peccati, non regnat, sed utitur mancipii servituti &
obsequitur.

6. Nescio an aliquando ad verba Apostoli
reflexeritis, quando Epistolam ad Romanos
ſcribens, in memoriam is revocat ingens il-
lud beneficium illis & omnibus aliis super
tribus temporibus per opus redemptionis &
effuſi pretioſi sanguinis in amarissimâ passio-
ne suæ collatum, dum ait: *Iustificati gratia per*
gratiam ipsius per redemptionem, quæ est in
ſto IESU, quem posuit Deus propitiatum per ſi-
dem in sanguine ipsius ad ostensionem justitiæ
sua Rom. 3. Nil melius isto Apostolus dicere
poterat, atque idèd neque in his multum opus est
immorari, id verò quod passum in se exponit
valdè

Franc.
Mond. in
L. i. Reg. c.
7. n. 6.
adnot. 26.
ſ. i. n. 8.

...difficilem, imò talem, quo fortè in Episto-
 la S. Pauli nullus difficilior reperitur est, quod
 Angelus sequentibus verbis asserit: *Propter re-
 missionem peccatorum delictorum*: quasi infer-
 re videtur, quod quicquid Dei filius patiendo, su-
 perando, operatus fuisset, id totum adhibitum
 fuerit, ut à præteritis peccatis nos redi-
 meret. Unde sequeretur manifestè, quod Chris-
 tus pro peccatis præcedentibus mortuus sit, quæ
 antea ante passionem suam commissa fuere,
 non vero pro his quæ mortem & passionem ejus
 subsequuntur, adeoque quod Christus non satis-
 fuerit pro peccatis nostris, id est eorum, qui in
 hoc mundum post mortem suam pridem vene-
 runt. Cum tamen Angelicus Doctor nos doceat,
 quod Passio Christi non solum sufficiens, sed
 etiam superabundans satisfactio sit pro peccatis
 huiusmodi generis. Et sanctus Joannes Evangelista
 ait: *Ipse pro peccatis nostris, non pro
 nostra tantum tantum, sed etiam pro totius mun-
 di.* Joan. 1. Ac prout ut verum fateat, non
 fatigat, quâ ratione hæc doctrinæ Theologicæ
 S. Pauli, Joannis, & Thomæ Aquinatis inter
 se conciliari possint. Fatet equidem me curio-
 sum & cupidum semper fuisse sciendi, cui san-
 ctæ Ecclesiæ, cuius ceremoniæ mysteriis
 secretissimæ sunt, ordinarentur, ut tempore Pa-
 schali, & in omnibus Dominicis totius anni,
 quæ Dominicæ resurrectionis, utpote inter a-
 lias Dominicæ præcipuæ correspondent, quan-
 tum Antiphonæ cantantur: *Ain Redemptoris
 nostri: Ave Regina cælorum: Salve Regina: Re-
 sponsa: &c.* in pedibus erecti stemus, non vero ge-
 nuum sciamus in terram; prout alio tempore &
 in diebus solitum est fieri. Estque hæc difficul-
 tas quoddam à sancto Justino Martyre & Epi-
 scopo Lugdunensi mora & resoluta, dum ait in-
 quit: *Unde talis in Ecclesiâ consuetudo: & sta-
 tus respondet, quod profunda nostra in terram
 genua prolapsum nostrum in peccatum repre-
 sentat: Paschali autem tempore, & quovis Do-
 minico die in pedes erecti stemus, ad significan-
 dum quod per Christi meritum à lapsu peccati, ad
 gratiam restiterimus. Unde quando A-
 postolus Philippenses exhortari volebat, ut sol-
 licite in gratia Dei conseruare curarent, hæc u-
 seruitur verba: *Stetate in Domino charissimi. Et
 S. Justinus (Quod ad die Dominico genua o-
 blectamus signum est & designatio resurrectionis,
 per quam gratia Christi, & à peccatis & à morte,
 quæ ab illo interfecta est, liberati sumus) Et san-*
*cti Quadragesimali.**

ctus Germanus Episcopus Constantinopolitanus
 idemmet confirmat dicens:) Genua flectere
 sancto die Dominico Resurrectionis, significat la-
 psuum nostrorum erectionem factâ per tridua-
 nam Christi resurrectionem) Hoc igitur suppo-
 sito jam doctrinam sancti Pauli intelligere poter-
 imus, quâ Christum pro peccatis præteritis pas-
 sum & mortuum esse dicit: *Propter remissionem
 peccatorum, & non subsequentium delictorum.*
 Neque enim Apostolus imaginari sibi potuit pos-
 sibile esse, quod cum nobis perspicue con-
 fiteret, quod ad hoc ut à lapsu in peccatum resur-
 geremus, necessum fuerit Filium Dei tanta pati
 tormenta, mortemque adeo diram atque crudel-
 em subire, nihilominus in eas possimus cogita-
 tiones descendere, ut nos ad committenda ite-
 rum nova peccata redeamus, sed potius quod
 nos in pedes erectos in gratia fuissetus conser-
 vaturi, atque idè non dicit: *Propter remissionem
 subsequentium, sed præcedentium delictorum.* Un-
 de S. Anselmus ait: *Per ostensionem suæ iustitiæ
 placuit DEO, ut remitteret illis præcedentes
 culpas, & iustificaret eos, ut deinceps iuste vi-
 verent.*
 71. Magister noster cælestis Joan. 14. variis
 de rebus loquebatur cum discipulis suis, scilicet,
 quod esset disciturus ex hoc mundo, & iturus ad
 patrem, de amore item quo se in vicem diligere
 deberent, de præceptorum divinorum observa-
 tia, & de multis alijs particularibus ad animatû
 salutem pertinentibus, inter alia autem eis quodq;
 hæc verba dixit: *Si quis diligit me, sermonem me-
 um servabit, & pater meus diliget eum, & ad e-
 um veniamus, & mansionem apud eum faciemus.*
 In quibus ea quæ ultimo dicuntur maxime pon-
 deranda veniunt, scilicet: *Mansionem apud eum
 faciemus.* Quid enim hæc sibi velint, non adeo
 perspicue capi posse videtur. Scimus etenim,
 quod quisquis cælum ingreditur Deo stitutus,
 is bonum illud infinitum nunquam perdet, sed
 possidebit in æternum. Imò (ut sacri Theo-
 logi dicunt) si ipsimet Beati spontè propria ob-
 jectum illud beatificum non amare, sed ab eo
 alienari vellent, nunquam id eis possibile foret.
 Erratio est, quia voluntas natura sua ad bo-
 num utile, honestum, & delectabile pro-
 sequendum & desiderandum est inclinata, si-
 ve illud verum sit, si ve appetens, atque idè
 cum DEUS bonum quoddam sit infinitum
 excedens capacitatem tam intellectus creati,
 quàm voluntatis, in eo quoque omnis perfe-
 ctissimi boni ratio invenitur, & consequen-

B. Germ.
 t. 8. Bibl.
 vet. PP.
 D. Ansel.
 mus ibid.
 fol. 24.
 col. 2. l. C.

Joan. 14.

Handwritten notes in the right margin, including the word "licet" and other illegible characters.

ter voluntas Beati in eo sibi non complacere, aut non delectari non potest, sed ad amandum & prosequendum illud obiectum est necessitata, absque eo quod elicere possit illum actum in contrarium, odiendo ipsam, vel illud non volendo aut recusando. Quid igitur opus erat, ut quod ad eod nobis est perspicuum, Christus nos doceret aut testimonium perhiberet de illo, quod sine ulla ambiguitatis umbra credimus? Ad eod nobis retum est, quod si Dei misericordia id nobis clementer concedente, pervenerimus ad eod: *Mansionem apud Deum faciemus*, quam setti fumus quod ignis calefaciat, aut sol splendecat. Verumenimvero S. Gregorius Magnus hunc passum non de ea mansione intelligit, quam velut comprehensores habituri sumus in celo, sed de illa quam tanquam viatores facere debemus in terra. Multi namque sunt, qui in diebus hisce Paschalibus a peccato recedunt, & ad Deum se recipiunt, confitendo, communiando, frequentando Ecclesias, aliaque opera bona prestanto: sed quid tandem: *Mansionem apud eum non faciunt*, quia ad pristina peccata sua turpiter redeunt: *At videntur a bono incommutabili*, id est, ad usuras, odia, detractiones, blasphemias, ludos, &c. *Ad perpetranda peccata redeunt, ac si ea nunquam planxissent*, inquit Gregorius hom. 30. Elicu quid juvat, si quis hisce diebus Paschalibus cum Deo se reconciliat, si contractum cum Deo amicitie foedus, a nova denuo peccata committendo rumpere volumus? quid juvat quod quis divinam acceptet gratiam, si quae vis hora mille anni esse videatur, donec pristinam male vivendi consuetudinem denuo resumamus? *Non sufficit venire, sed oportet mansionem facere apud Deum*. Spiritu aliter resuscitati sumus, nequaquam igitur ad pristinam culpae mortem nobis est redeundum. Unde Guarricus Abbas: (Christus resurgens justificationis perpetuae nobis condidit formam: ut quomodo Christus resurgens a mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur; sic Christianus contesurgens Christo, jam non peccet ad mortem, nec ei peccatum ultra dominetur.)

s. Duae praecipue in Evangelio Resurrectiones considero, unam Lazari, qui Marthae & Magdalenae frater fuit, alteram vero Christi Redemptoris nostri; & magnam, quae inter utramque reperitur, observo differentiam. Resurgit enim Lazarus, & omnes illas fascias, & ligacula, & sudarium secum effert, quibus sepulchro illatus fuerat: *Et statim prodit qui fuerat mortuus*;

ligatus manus & pedes infirmus, & facie illius sudario erat ligata. Resurgit demum filius Dei, nec tames de illo in Evangelistis legitur, quod sepulchro aliquid quantumvis minimum erudit; nam linthea & sudaria quibus corpus involutum fuerat, in sepulchro reliquit. Unde Petrus & Joannes attestant, quod ad sepulchrum accedentes viderint: *Lintheamina posita, & sudarium quod fuerat super caput ejus*. Scribitur percipere, quoniam sit hujusce disparitatis causa. S. Petrus Chrysologus forte respondet: *Quod Tunc tartarus ligatus manibus & pedibus, Lazarum retulit ad superuam: timens ac tremens, ut dum solvitur, ne dum moras facit, res dum solvitur referat unum, omnes cogatur afferre*. At veru Cardinalis Tolerus, & Dionysius Cartusianus, quarentes, cur Christus Dominus lintheamina quibus corpus ejus involutum fuerat, secum non extulerit, dicunt: *Si lintheamina secum non fuissent, facile imperfecti in fide suspicari poterant corpus a latum, non sufficitatum fuisse*. Dicitur de la Vega autem similitudinem quadam modo dicit in medium quae ad hujus disparitatis pulchrum alligandum & intelligendum luminis seorsum servare poterit. Dicit igitur: Numaliquod est aliquid e tremi egrediens vidit illi mancipium si talis ad mancipium miseram conditioem redactus homo, dum egreditur timentem, secum non portet vel ferrum ad collu, aut ad pedes catenas, signum est illum perfectam affectum esse libertatem, neque ad timentem in qualitate mancipii deinceps revertendum esse; quod si vero vel pedes fetto, vel collum catena onustus habens egredietur, e contra eum subito ad pristinum conditionem subeundam revertendum esse idipsum significat, ad timentem est revertendum. Post Lazari sudarium & lintheamina aliaque ligacula quibus manus & pedes ejus involverant secum sepulchro extulit, quia *Etiam iterum moriturus*. Christus autem non item, quia *Mors illi ultra non dominabitur*. Hae etenim sunt resurrexerunt tempora, illa vero temporalis, seu ad modicum tantum durans: Lazarus egrediens de sepulchro, sudarium & ligamenta illum in se quoniam ut intelligat remigem esse mortu; & quid ad sepulchrum iterum revertendus est: *Et Christus surrexit sine sudario, quia a lege mortis jam cessat solutus*. Cum itaque tu quoque, o Christiane, hodie resuscitatus fueris, facile utique scire poteris, utri ex his duabus resurrectione tua sit similia. Cuiam igitur illam similem fuisse dicatur? Nam forte resurrectioni Salvatoris: utinam revertentur

S. Gregor.

Guarric. Abb. serm. 2. de Resurr.

Ioan. 11.

negotium credo. An verò Lazari resurrectio-
ni similis esse dicenda erit? utinam non esset, sed
tunc eo ei vere similem esse certum esse existimo.
Atque quid huic simili dicentem Davidem, cum
ait: *Eius curam composita, circumornata ut si-
milis templi.* Per has autem adeò eleganter
compositas filias Propheta Regius animas no-
litas intelligit, quæ in hisce Paschalibus diebus
guiræ ornamentis exornatæ conspiciuntur: Ve-
niamque imaginari mihi non possum, cur illas
templi similes esse affirmet: *Vi similitudo tem-
pli, inquit tanto magis, cum S. Athanasius expo-
nit, dicitur: Circumornata aure, gemmis, serico,
ut similitudo templi.* O quam elegantem aspe-
ctum templum aliquod exhibet, quando in ma-
gnis solemnitatibus ritè est exornatum! Pa-
rasceve respersum est floribus, altaria velita
tulæ, aliisque opere Phrygio ex auro, argento,
marquetis, aliisque lapidibus pretiosis coartextis
appretibus, supra gradus in altari postros factum
pavimentum exhibent vasa & flores ex serico &
holoserico adeò per artem elegantè efformati,
arven & naturales iisdem palmam cedere meritò
debetur, inter hosce flores autè per iustam sym-
metriam valdeque proportionatum ordinem
collocatæ intermedie sacrum statuarum her-
mine auree vel argenteæ, quarum singulæ suas in-
pachæ habent reliquias. Abhinc oculos si in pa-
nentem defixeritis, eosdem pannis sericis ad ipsos
quæ faciem vestitos, & eximie picturas egre-
gias et raros esse conspicietis, adeò ut totius
templi elegantia non nisi ductis in altum super-
bia cum maximo stupore contemplari pos-
sit. Sed quamdiu tanta templi huius elegantia
preparabit? Elapso die, & completa diei festivi-
tate, demouantur altaria, demittuntur à parteti-
bus panni serici & elegantes picturæ, tolluntur
omnes huiusmodi vasa aurea & argentea, in suum
deuò sacranim sacre reponuntur reliquæ, &
pavimentum demouè templum induit faciem. Pal-
lida igitur per hanc insinuatum similitudinem
insinuat volebat, animas fidelium hisce diebus fe-
stis, quibus gratia divinæ decore elegantè com-
paratur & exornatur, templo haud ab similes esse,
quæ earum elegantia simul cum fe-
stivitate pariter terminatur, tribus autem Paschæ
diebus elapsis, in eam conditionem redit, sicut e-
rat, & novus demouè liber inchoatur: *Cir-
cumornata ut similitudo templi.* Et quidem
sicut se res tecum habeat, resurrectio tua La-
zari resurrectio similis erit, valdeque à
Christi resurrectione discrepans & divet-

sa, utpote qui *Surrexerit non amplius moriturus.*
9. Similes proiade sumus militibus, qui mil-
lebelli incommodis conquassati, post milles
in una hora eis obvenientia evidentia mortis pe-
ricula, firmum quidem sibi faciunt propositum,
quod si vel semel ad patrios denuò lares feliciter
fuerint reversi, ad militiam redire in perpetuum
nolunt: cum tamen mox ut in suam sunt reversi
patriam, quælibet hora mille anni eis esse vide-
antur, dum tympani strepitus, quo ad bellum
invitantur, eorum incipit auribus insonare. Vel
etiam navatæ similes dici possumus, qui à mari
tempellatibus horribiliter infestatus, & inter
undatum procellas jamjam quasi naufragaturus,
quovis momento mortem suam oculis obver-
santem conspicit, cum periculo pariter cum mercibus
ipsoque navigio simul pendendi & vitam.
O quoties hunc mari se commisitisse pœnitret. O
quoties suspirantibus labiis & palpitante corde
vetum in cœlos emittit, quo se, ubi præsens pe-
riculum evaserit, mare nunquam deinceps vi-
dere, nedum sulcare promittit! Mox verò ut
portum salvus appulit, conquassatæ navis tabu-
las reseruire denuò incipit, seclatur quas per ma-
re transehat, merces, & mari se demouè propedi-
em commissurus, ventum quotidie favorabi-
lem prætolatur: verbis propriis Seneca dipsum
prellius edicat: *Adeoque adversus experimenta S. nec. l. r.
pernaces sumus, ut bello vult, & naufragi ma- de benef.
ria v. petamus.* Nos etenim milles quoque ex- cap. 1.
perti sumus, quàm sit periculosum peccato mor-
tali infortescere, vetè enim divinæ gratiæ per-
duntur valde pretiosæ merces, in evidentiam semper
constitimus animas nostras pendendi periculo, &
tamen mox ut ad salutis portum nonnihil eva-
simus, & in Dei amicitiam, velut in patriam no-
stram, reduces facti sumus, si occasione tympani
num ad peccatum invitans vel minimum per-
strepar, sive minima tentationis modicus ventus
nobis afflet, procinus ad vitam revertemur pristinam,
& Dei offensam nobis iterum superinducimus. Unde S. Bernardus dicebat: *Fies filius gehem-
na mu respiciter, qui post in aigentia sibi hori in
cajâ demouè foras incidit.* Opportunè hoc lo-
co Siculus iste incidit, qui dū navim aliquâ fructi-
bus plenâ ab una civitate ad aliâ per mare transve-
here vellet, & improvise tēpestas quædâ adeò eâ
est crudeliter aggressa, ut ad vitâ salvandâ, navim
quoque è naufragii periculo eripiendâ opus fue-
rit, ut ad navim suam omnibus quos vebat fru-
ctibus exonerandam, eosque in mare ejicien-

D. Bern.
serm. 2. de
Assump.
Ioan. Amp.
Valasq. in
Epist. ad
Philip. c. 2
v. 12. ad m
2.

Handwritten notes in the right margin, including the word "licet" and other illegible characters.

dos sicmiter secum statueret, quod faciens in tantum sibi est auxiliatus, ut feliciter ad portum tandem appulserit; cum autem in eo constitutus & penitus defatigatus nonnihil conquiesceret, sedato vento mare subdidit, suaeque est tranquillitati relictum, unde Siculus subridens dixit: *Novi quid velis, sicis vis.* Nunquid? visne plura? Utique, sed noli me aded reputare delirum, ut qui me semel in extrema redegeisti vitae pericula, alia quoque vice me denuo decipias; servit haec historiola nobis, ut qui postquam semel peccati naufragium & aeternae mortis pericula evasimus, deinceps reddamur cautiones, ne iterato iisdem nos periculis ultro committamus, sed potius monitum Sancti Bernardini Senensis sequamur dicentis: *Fac sicut asinus, qui nunquam cadit,*

D. Bern. ubi semel cecidit.
Sen. tom. 4. cor. 99. serm. 22. col. 1. l. C.

10. Verum, quantum nos experientia docet, vix est, qui per gratiam Dei hisce sacris diebus in pedes erectus non imiteretur infirmos, qui postquam medicinam adhibita sanitati sunt restituti, recidivas patiuntur, non semel sed saepius: id quod prudenter in sinuasse videret, quando ait: *In circuitu impij ambulans; q. d. motus impiorum sphaericus est & circularis; etenim quid Propheta Regius per hunc stultum ambulandi modum, quem peccatores facere asserit, inferre velit, penetrare satis non possum; S. tamen Joan. Chrylost. veteram Prophetam intelligentiam penetrare contendit dicens: Quid est in circuitu impij ambulans? etiam si impij nos circumcirca ob-*

Chrylosi. ibid. fol. 31.

ident, nihil grave patiemur: tu Domine es, qui perpetuo custodu, nos enim conservas & extollis, clarosque & illustres reddis. S. autem Augustin. Davidem de iis intelligit, qui cogitationes suas in bonorum terrenorum comparatione defixas habent, qui pro uno pugno luti maximos perdunt caeli thesauros: In circuitu impij ambulans, id est

Augustin. ibid. fol. 31.

intemporalium rerum cupiditate, qua septem dierum repetitio circuitus, tanquam rota volvitur. Et i- deo non perveniunt in oclia vni, id est, in aeternum, pro quo isle Psalmistatus est. At verò ut haec Davidis verba praesenti proposito adaptem, potius dicendum existimarem, quod inter alias differentias, quae inter motum progressivum & circularitatem inveniuntur, una haec sit; quod qui secundum primam speciem motus movetur ad terminum, unde discessit, nunquam revertatur. Contrarium autem faciat, qui movetur motu circulari, vel sphaerico. Volebat igitur Psalmista significare, peccatorem hanc habere proprietatem, quod dum Sabbatho S. confessus à suo termino à quo, quae est mala societas, discessit, his-

ce tribus Paschalibus diebus moretur, & per virtutum viam ambulet, adeundo Ecclesiam, & ratoria frequentando, precas, Eleemosynas erogando; sed quid tandem? *ambulat in circuitu,* quia ad pristinas malas consuetudines & nocitates, denique offensas revertitur. Eadem Doro dis verba Hugo Card. pulchra quadam similitudine interpretatur, delumpta a puero quodam, qui continuo se gyranas & regyranas tandem regyne adactus in terram concidit: *Isti volvantur ad modum puerorum, qui rotam circumvolvunt, & bant se, & cadunt subitò, ita isti & revertuntur turbantes circa temporalia, subitò ruunt in peccatum.* Hic circumgyrantur circa malum. Sunt papilionones circa malum, sunt papilionones circum lumen, nunquam tamen ludem hunc finem nisi finaliter cadendo. Primo die Paschae confitevantur in gratia ob reverentiam Patris aeterni Gloria Patri, secundo die ob respectum Filij Filio; tertio in honorem Spiritus S. Et prima Sicut erat in principio & nunc & semper.

11. Quis est, qui nesciat; recidivas semper majores & periculosiores esse primis infirmitatibus interrogentur medici, qui in discernendis languoribus corporis, maxima sunt praeter experientia. Optime id ipsum notavit S. Cyrillus demum Relapsus in aegritudinem periculis & periculis, quos prima valetudo adversa non essent, quae iterata post reditum in convalescentiam aegritudine stulti è vita. Quem aphorismum postea in dispositioni spirituali applicas subiungit: *Hanc secus frustra poenitentia in d. canentium in circuitu si post eam peractam ad praeterita vita foras revertatur.* Ac proinde Salvator noster juxta praesentem jacenti languido dixit: *Ece jam saltem es, si non noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Quibus verbis juxta ejusdem Cyrilli doctrinam aliud significare non vult, quam miserum quos peccator ob relapsum in culpam resurrexerunt. Quibus verbis significavit per peccata iterata hominem in deterius a prolatis mala. Ut patet quae homo ob relapsum in peccatum sibi addidit, scilicet, fulius nonnihil declarabo.

12. Saepius intra memetipsum consideravi, & miratus sum, Denm nostrum qui natus est erga populum suum Hebraeorum misericors esse debet & benevolus, unà nihilominus vice versa, alicam ab impatientia vinei & ad supplicem permissio permisisse. *Ece furor Domini concitatus in populo, percussit eum plagâ magnâ nimiam.* Facilius

liber vehementer obstupescit, jam jam enim tanquam benignus & benevolus pater ipis de cibis providet delicatissimis, nimirum conturmicibus, & paulo post dum hanc escam degustant & cibum adhuc ore suo tenent: *Adhuc carnes erant in dentibus eorum*, subito favores in furorem, cocerantes in vulneta, manna denique in supplicia transmutat, & veluti David affirmat: *Adhuc in terra erat in ore israhelorum ira Dei ascendit super eos*. Aliam lubit hujus mutationis causam invenite nequeo, nisi quod Hebraei recordantur carnium, piscium & fructuum, quos in Aegypto manducare soliti erant, quales sunt cucumeres, melones, allia, cepe, porri, & similia: *Recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratia, in manam nobis veniant cucumeres, & pyrus, & porri, & cepe, & allia*. Quis hic non dicat, merito vos, o Hebraei haec & alia majora supplicia promeritos esse, qui animos adeo viles & abjectos exhibetis? Deus vos nobilium instat tractat, cibaque conturmicibus, & manna, & vos allia & cepis defendaritis: Verum dicat aliquis, quoniam hic gravis error erat, qui tam diris castigatur supplicis & poenis? & quidem ut tantum evadentis difficultatis pondus eluceat, adde Deum omnipotentem isdem Hebraeis haud obsequere insuavisse, nolle se quempiam ex illa solitudine salva vita egredi, quin potius omnes in caenam morti & sepeliri: *In solitudine hac jacebunt cadavera vestra*. Quoddam est igitur delictum his commillam, quod adeo graviter luere cogunt? num forte Deo rebelles extiterunt, aut commiserunt errorem aliquem qui *crimen in se* Ma? *status* contineat? breviter quidam hac re sententiam edico: In illa solitudine debebant, postquam ex Aegypti servitute fuissent egressi, & tamen in eandem servitute redire desiderabant: *Consistimus vobis autem, & revertamur in Aegyptum*, atque ideo tamen Deus Hebraeos, quando in Aegypto habitabant, nunquam castigavit, at tamen mox ut in Aegyptum de cuius diis veritate Dei benignitate eripuerant, redire deberent, vulneta, supplicia, flagella, occisiones & mortes coelitus super eos descenderunt: *In solitudine hac jacebunt cadavera vestra*. Quando tu, o peccator, Deum primitus offendis, nonnullum id quidem est, sed quod facile ignosci potest, si tunc, si post emendationem & recuperatam Dei gratiam, & facilliter dimissam peccati servitute ad peccandum iterum redeas, jam in aere penitentiae summa quae te conficiant: *Et non in solitudine, sed in inferno jacebunt, non cadavera, sed a-*

nima vestra. Unde Deus per hoc factum demonstrare nobis voluit, *gravius ab eo puniri peccatum repentes, quem primum perpetrantes*.
 13. Semei Davidem Regem verbis suis gravissimè offenderat, jamque operibus ipis detestius fecisset, si oblata ei fuisset occasio, hanc autem deficiente suam in Davidem malevolentiam per injurias evomit: *Ita loquebatur Semei cum malediceret Regi Egrederere, Egrederere vir sanguinum, & vir Belial, adde ut omnes, praecipue vero Abisai filius Sarviae eum mortis reum pronuntiant dicentes: Nunquid pro his verbis non occiderit Semei, quia maledixit Christo Domino? David autem solita, & Regia magnanimitate sua id totum ei condonavit, nam hunc ferè in modum, eum ad se accersitum allocutus fuit: huc adis Semei, tu scis, quas mihi intuleris injurias & maledicentias, quibus me offendisti, tu quoque noli, abi, & bono animo esto, tibi enim verbo Regio promitto, nullam inde tibi a me vindictam formidam, iam esse: *Et ait Rex Semei non morieris*. Hoc igitur in primis memoria tenete, Rex autem Salomon mortuo Davide Semei ad se vocato sub gravi vitæ pendenda multa serio praecipit, ne civitatem egredi, aut extra portas illius pedem effere praesumeret. *Mihi quoque Rex, & vocavit Semei, dixitque ei, ad ista tibi domum in Hierusalem, & habitabit ibi, & non egressus fueris, scito te interficiendum. Sanguis tuus erit super caput tuum. Abi & rebus tuis prudenter confule. Faciam quidquid Majestas vestra mihi praecerit, etoque in Regis praecipii observantia punctualissimus. Tres annos intra portas civitatis commoratus, tandem ob casum quendam, qui nonnemini servorum suorum acciderat, necessitate coactus egressus est in Ged ad domum Achis, quod cum auribus Salomonis insonuisset, is indignatus dudum adversus Semei iram sententiam executioni mandati voluit, quod scilicet observantur tibi imposita Regis praecipia, eane sic temerè transgredi praesumis? id me hercle impune non feceris. Itè, occidite eum: Iussit itaque Rex Baana filio Isaja: qui egressus percussit eum & mortuus est. O miserum Semei! indignè is Regem quendam tractat, nec tamen indignum ab eo verbum reportat. Tandem vix pedem extra civitatis fores figit, & mortis condemnatur: quanam est ista iustitia? si morte punitus fuisset cum malediceret Regi factum utique bene fuisset, nunc autem pro re nihili cur tantus rigor exerceretur? Salomon, si mihi sensum meum edicere liceat, dicā liberè, nimis es furiosus pro te**

2. Reg. 16.

1. Reg. 19.

3. Reg. 21.

Handwritten notes in the right margin, including the word "licet" and other illegible scribbles.

nullius momenti, facile nimis à cholera te superari permitis. Quid ergone Salomonem hominem adeò prudentem & sapientem ego velut indifcretum & injustum arguere audebo? revoco sententiam, audio namq. quid Semei dixerit, priusquam illum mortis condemnaret; utiq. recordans eorum quæ fecisti Patri meo; Dixitque Rex Semei, Tu nescis omne malum quod fecisti David patri meo. Quondam Majestatem Patris mei graviter læteras, at verò quia id non nisi semel feceris, indigne id David patet meus non tulit: nunc verò quia etiam præcepta & personam Regis altera vice contemnere præsumpsisti, nulla tibi superest remissio, ex pedibus es, reus es mortis: *Posterior culpa quamvis in obiecto levior, tamen ex circumstantia recidiui, gravior iudicatur, & proinde graviori supplicio puniatur.* inquit S. Cyrillus Alex.

4. Vendentes & ementes qui sacrum Templum prophanebant à Deo Filio bis inde ejectos esse sagax referunt Evangelistæ: primo scilicet S. Matthæus dicit: *Intrauit Iesus in templum Dei, & eiciebat omnes ementes & vendentes de templo &c.* De secunda verò vice S. Joann. scribit, cum ait: *Invenit in templo vendentes boves & oves, & columbas, & nummularios sedentes.* Circa hoc tamen difficultas quædã hic tibi subnaletur, scilicet, quod S. Joann. affirmet Christum apprehendisse flagellum in manus, illosque templi profanatores graviter percussisse. Et cum fecisset quasi flagellum de funeulis, eiecit omnes &c. & tamen de hac circumstantia S. Matth. minimè loquitur. Quid igitur de hoc tam diverso referendi modo utriusque Evangelistæ dicemus? alterutrum enim sequatur necessum est, scilicet, quod vel unus id quod factum est diminuit & non secundum omnes circumstantias scripserit: vel quod unus scribendo excesserit, plus nimirum scribendo quam verè factum fuit, quorum neutrum p. us fidelis facile admiserit, mentitur enim quisquis hoc dicere præsumit. Audite igitur mysterium. S. August. historiam hanc de ementibus & vendentibus in templo (prout supra insinuavi) bina vice accidisse affirmat: *Manifestum est autem, inquit, non semel sed iterum factum hoc esse à Domino. Et quidem semel id accidisse refert S. Matth. quia verò id, de quo Matthæus agit, primitus factum fuit, idèò Christi punientis & flagellorum non meminuit: S. Joannes autem refert id quod secunda vice contigit, quando fecit flagellum de funeulis; quia enim semel de Christo è templo ejecti, ad sacrum templum prophaneandum, secunda quoque vice redierunt, idèò de posita manufac-*

tudine igitur inducitur à Domino & admonitiones in supplicia, verba in flagella committuntur. *Iam semel Iudæi eieci à negotiatio: nunc tu quidam Moderni s) in templo facta, iterum ad illam redierant, quod maxime ceram Deorum &iam aggravabat, & divinum iram sollicitum imò sup: eum maxime exacerbat.*

15. Nunquid stultum censestis illum, qui in multos usque annos constitutus fuerat hodie liberatus, eas denuò nova patratet scelera, eundem iterato carcerem conscientiosus? Nunquid omnis cerebri expertem dicetes eum, qui vulnera sua à Medico vel Chirurgo perfecte sanata, sibi metipsum multoties & petulantè denuò renovaret? Cui igitur tu quoque peccata recurre, & tyrannicis Sathanz manibus heri elapsus, hodie ad peccata revertens, ut in eisdem deorundem miserias recidas, à quibus à Domino tuo denuò ter fueras redemptus? Cur animæ tuæ vulnera renovare non erubescis, quæ mysticus tuoque amantiſſimus Samaritanus non iam vino vel oleo, sed pretioſissimo Sanguine suo perfecte sanaverat? Obsecro te, ut autè Chryſostomi monito autem tuam promptè exhibeas, dicentis: *Noli peccare post veniam, noli vulnerari post curam, noli foridari post gratiam.* Quod tu, cui princeps tuus semel & iteratis sæpe vitæ commissa delicta condonavit, eadem denuò committes non verearis, nulla prioris satisfactione dignus, sed asperioris potius severiorisque supplicii reus esse censeis, quia ut S. Petrus dicit: *Facta sunt eis posteriora delicta prioribus.* Ac demum subiungit: *Melius erat illis non cognoscere viam salutis, quam post acceptam remissionem contriviti, ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato.* Acque idèò Epiphanius replicat S. Chryſost. nullam prioris meriti veniam qui Deo piimum errorem sibi benignè condonanti ingratus, in culpam præcipua denuò relabi non cavet, nec timet: *In delictis ingratus est, qui post veniam peccat, sanitate indignus est, qui semetipsum postquam curatus est vulnerat, nec mundari mereatur, qui post gratiam foridat.* Verè namque Deo illudere velle videtur, quisquis post peccatum agnitum à Deo in gratiam suam vix rediit, Deum denuò graviter offendendo ejus se inimicum declarat; ut proinde facile assentiat Discipulo dicenti, quod si omnia animalia quæ in acie, & in manu degunt, in ò omnes arbores, lapides, & in latere congregatæ atenz, omnique creaturæ damnationem

Matth. 21.

Joann. 2.

Aug. in concord. Evang. ap. D. Th. in cat. c. 2. 2. fo. 50. co. 4. l. C.

quod recidivans patitur anima sanguineis lacry-
mis deploret, Non tamen sufficienter desierent
demonum, quod incurrit recidivans per unum
peccatum mortale. Insuper addit hominem in
peccatum mortale demones cinctus, aut cru-
deliter a carnifice in rotam actus, suspensus, vel
miseratus esse, & rationem reddit: Quia damna
sua sunt fortia & transitoria: sed demonum illud,
quod homo incurrit per peccatum mortale, infini-
tum est & aeternum.

16. Verum eoinverto tempus me monet ut
praeferentem discursum tandem finiam & claudam,
quod si facturus sum nonnullorum recedendo
pariam, qui in hoc sacro Paschatis die post fa-
ctam peccatorum suorum Exomologesin, &
sumptam factam innoxiam ad pristina denuo pec-
cata redire non dubitant. Refertur itaque quod
ceteri quidam lascivi juvenes carnis sensualitati &
gaude admodum dediti, cum maximo facti hujus
die, nec non sanctissimi Sacramenti eodem die
mae ad usum sumpti contemptu post aulenticas
reservas easque subsecutam concionem ad popu-
lam, gulum suam ad crapulam usque rigarunt
concesserunt, cumque temperantiae limites no-
nnulliter transgressi essent, jamque vini calore ex-
cesserunt, omni Dei timore, omniq. conscientiae
scrupulo deposito ad prostibula & lupanaria de-
cedo reverti non dubitarunt, inique vitis quae pau-
lante in Sacramento poenitentiae dimiserant au-
temerario denuo se polluerent & in praedam dare
appetunt. Id quod ab iis tamen nequaquam fa-
ctum est impune, siquidem ab eorundem ore &
sacros ad id ingens emanavit ex improviso
sanguinis profluvium, ut brevi tempore in terram
effluentes vitam & animam pariter cum Deo
perdidissent. Imo eodem quo id contigit, momen-
to quando quaedam summè horribilis de caelo
hujus omnes eorundem juvenum possessiones
perdidit & devastavit, quae mox impletæ fuerit
deperitibus adeo venenosus, ut solo halitu vel ob-
scuro necem homini protinus intulerint. Altitit
tembuli huic divinæ ultionis insignis quidam ser-
vus Dei qui gravis hujus vindictæ causam sibi à
divina Majestate revelari petiit, ob quam suprema
Numeris Justitiam severum extinctis hisce
peccatoribus immisit supplicium, cui apparens
quidam Angelus, Dei nomine, idem factum id ef-
fectu respondit, quod eodem Paschatis die, quo vel
maximam divinæ gratiæ per poenitentiam recu-
perare rationem haberi conveniebat, lascivi isti
peritentes ad peccati vomitum irreverenter & tur-

pititer fuerint reversi: In die sancto Pascha sanctam
Communionem receperunt. Et postmodum contra
seipos & Sacramentum Altaris usque in choreis
& ebriatibus & similibus deliquerunt. Confi-
dentate igitur o animæ Christianæ quam sint hi
temerarii in peccatum relapsus peccatoribus per-
niciosi & noxii, atque idem cum hodie à gravi ad-
modum jugo & crudelissima servitute liberati
fuerimus, qua fronte & temeritate in piffinas de-
nuo relabendo culpas colla nostra ponderi into-
lerabili & servituti peccati subijcere non vete-
cundamur? Liberi sumus (Ita S. Oreliesius loqui-
tur) jugum de cervicibus nostris mundana servi-
tutis abiecitimus, cur rursus volumus reverti ad
vomitum nostrum?

17. Veruntamen sicut relabi in peccata pristina
probrosam est & execrandam, ita non minus uti-
le est atque laudabile ad opera redire bona, illoque
merito digna, quod proprie pignus est gloriæ, in-
ter quæ præcipuis utpote charitativis operibus
unum est Eleemosyna quam cum per totâ qua-
dragesimam inopum necessitatibus subveniendo
exercueritis, ad eandem quoque hodie, id est, in
die Paschatis, qui specialis lætitiæ dies est, redites
ut vel hac ratione pauperes ad argenti vestri tin-
nitum sive sonum, gaudii & exultationis spiritus
in cordibus suis excitare possint.

PARS SECUNDA.

18. Hactenus de Resurrectione quoad modum
locuti sumus, superest nunc ut in secunda
parte de eadem quoad tempus tridui ab eo prom-
issum discutamus: Dixit enim Christus Domi-
nus. Post tres dies resurgam, vel Tertia die resurre-
xerit à mortuis, ut ait Ecclesia, quod cum ita se
revera habeat, merito Ecclesia canit: Resurrexit
sicut dixit, verè enim ita factum est, sive de na-
turalibus, sive de artificialibus diebus sermo sit,
ut voluit S. Aug. & S. Thom. Promisit enim se
in capite tridui resuscitandum & verè ita contig-
it. Deus namque noster datæ fidei seu promif-
sionis suæ punctualissimus est observator. Ve-
rum tamen id sit verissimum, nihilominus
quæstionem hanc an scilicet Christus quoad
tempus resurrectionis promissioni suæ, quam
toti mundo fecit, post tres dies & eorundem no-
ctes triumphabundus resurgendo, verè per om-
nia responderent, accuratus non nihil ponderem-
us. Etenim quantum ad dies certum est, quod
circa meridiem diei Venens mortuus fuerit,
siquidem ut duo Evangelistæ Matthæus &
Mar-

Discip. ser.
2. Pasch.
ser. 324
S. Orel.
c. 4. Bibl.
vet. PP.

Aug. in 4.
de Trinit.
D. Th. 3.
p. 9. 53. a. 2.
in resp. ad
3. f. 250.

Handwritten notes in the right margin, including the word "dicarab" and other illegible characters.

Marcus scribunt: *Emisit spiritum circa horam nonam*, manifeste in sepulchro mortuus tota die Sabbathi, & diluculo sequentis die, ad ortum aurore inde resurrexit, adeoque iuxta hunc computum unico duntaxat die cum dimidio mortuus fuit, quomodo igitur promissio ejus subsisteret, quae ait: *Post tres dies resurgetur*. Quod si deinde de noctibus sermo sit, computus eorum multo minus subsistit, mortuus namque sepultus fuit tota nocte diei Veneris & Sabbathi, id est, duabus noctibus. Et tamen dixit Christus: *Sicut Jonas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terrae*. Quae igitur ratione Christum verbis suis plenam fidem dedisse, sustineri poterit? Libens hic praeterea superius insinuatam responsum Doctoris Angelici & S. Augustini, & solius Isidori Pelusiorae resolutioni adhaerebo, qui nequaquam repugnare existimat, quod Christus promissionem suam, quae ait: *Tertia die resurgetur*, adimpleverit, & quod tamen ante diem tertium a mortuis resurrexerit. Id quod sequenti exemplo clare manifestatur: Si enim Petrus verbi gratia, centum scuta a Paulo cum hac impressa conditione mutasset, quod eadem intratridui spatium perfectè esset restitutus, & idem Petrus postea primo vel secundo die elapso, tertio autem nondum completo, mutuatam denud restitueret pecuniae summam, is utique non posset dici fidei suae defuisse, sed potius dici posset eum fidelem fuisse datam promissionis executores; Idem autem est casus noster, inquit Isidorus Pelusiorae episc. 14. lib. 14. Christus enim resurrectione sua diem tertium praeveniens, fidem datam violasse dici non potest, quin potius dicendus est eandem summam cum diligentia tertium diem quoque praeveniendo adimplevisse. *Admiror amentiam quae ventum, cui Christus ante triduum surrexit; si enim resurgeret tardius, quam praedixit, impotentis esset: celerius vero est summa veritatis indicium, si quem enim, cum ipseponderis suo debitori post triduum exsolvere debuisset, eadem die satisfaciendum viderimus, non fallacem, sed potius ut veracem eum admirabimur.* Eundemmet igitur conceptum de Christi quoque Resurrectione formare debemus: *Ad hunc itaque modum, Dominus citius quam promiserat, resurgens ab omnibus meritis adorabitur.*

10. Quartus S. Thom. an generis humani Redemptio alio medio, aliove modo quam Christi Passione & morte perfici poterit & ad eandem quaestionem sub hac diluptione respondet,

quod scilicet possibile & impossibile possit fieri dupliciter, vel simpliciter, vel ex suppositione, quod si loquamur de possibili simpliciter, nullum est dubium esse potest, quin Deo praesto fuerit variis modi, dicente S. Luca: *Non est impossibile Deo, quodcumque voluerit, sed Deum omne verbum; si vero sermo sit de possibili ex suppositione, Doctor Angelicus quodvis aliud medium impossibile fuisse dicit: *Supposita praesentia est praevisionem Dei ad Passione Christi, non erat simul possibile Christum non pati, vel hominem alio modo, quam per viam Passione liberari.* Dicitur igitur auctor, o Auditor, Fuitne hac salutis nolit Divina praedestinatione, aut importat & connotat aliquid aliud, quam promissionem quandam a Deo ab aeterna factam de homine mediante Verbi incarnatione Passione & morte liberando? Nihil profecto aliud, atque ideo cum ex tali suppositione, nullus alius modus possibilis fuerit, in bona consequentia quoque sequebatur impossibile esse, quod Deo promissioni suae adimplenda decile possit, ut proinde Cajetanus Angelici Doctoris doctrinam exponens & declarans dicit: *Ita modo quod per Passione Christi hominem liberari, fuit impossibile, supposita praesentia est definitio Dei facta, quia impossibile est deponere eum praevisionem Dei falli.* Quomodo igitur Deus ille, qui pro nobis mortuus fuerat, promissioni suae non respondere poterat, alio quam quo promiserat tempore resurgendo? *Hodie, inquit Paulus, hanc promissionem efficaciter implevi, quia resurrexit, sicut dixit.**

20. Et quidem ut Christi in adimplendo promisso veracitas tantò manifestius appareat, alium quam Regem aliquem fidelitatis Dei nostri, veracem testem adhibere nolo. Audite igitur, quid is in persona ejusdem Christi dicat: *Neque, inquit, prophano testimonium meum, quod procedunt de labiis meis non faciam verum.* Quibus verbis Propheta Regius, de iis quos Deus homini dedit promissionibus loquitur, qui enim vocat Testamentum, id est, iuxta doctrinam S. Augustini: *Firmamentum promissionum Dei, & Hugo simul cum S. Athanasio: Pactum & promissum.* Quae autem ratione Deus se habet in datis a se promissionibus? Nunquid audiret: *Non prophano, quod idem est, ac si diceret, non violabo promissum, sed involubiliter illud conservabo.* Non violabo pactum & promissum meum, contra veniendo, Exponit Hugo. Et S. Athanasius: *Non prophano, seu violabo testamentum, & pactum meum, quae promissum faciam.* Atque idem

etiam Christus nobis promiserit, quod in capite
videtur foret reluciscendus, credendum nobis erit
eum promisso suo minime defuisse, nam quæ
propheta: da labiis meis, non faciam irrita. Et ra-
tionabilis, quia ut Strabo scribit: *Prophana esset pro-*
pheta, si esse incepta. Audacter igitur dicamus,
Christum promissioni suæ perfecte respondisse,
se resurrexisse sicut dixit.

21. S. Mater Ecclesia crastinâ die duos nobis
oblatos ponit Discipulos, Lucam nimirum &
Cleopham, qui in Castellum nomine Simmaus
nomen quam commigrare solebant, qui dum de
pensione & morte Magistri sui, quæ paulò ante
Hierosolymis consummata fuerat familiariter
inter se colloquerentur, accidit quod ex impio-
ritate in medio itinere eis in personato peregrini
cognitum habitum apparuit Dominus: *Et factum*
est, dum salutarerentur, & secum quærentur &
ipse eis appropinquans ibat cum illis. At verò
dicit formalis aliquis, quænam Christum ipsorum
revertens, ut se his associaret? Nunquid ipsum
membrum etiam procul ab eis abfens & lon-
gum quo mitigare & laetificare poterat? Quod si
resurrectionem suam eis persuadere, eisdem-
que revertentem eorum cordibus inferere conten-
deret, nunquid minus & officium istud melius
& congruentius Angelo cuidam commisit?
Ipsamque qui omnipotens est, & in quo idem
est esse & posse, illos haud dubiè ab increduli-
tate sua, in quam inciderant, per auxilium gra-
tiaz eripere potuisset. Eum verò pro meliori
intelligentia, id quod in S. Matco cap. 18.
dicitur in memoriam vobis revocare, ubi dici-
tur: *Pluribus duo vel tres congregati in nomine*
meo, ibi sum in medio eorum. Medius itaque in-
ter Lucam & Cleopham de se loquentes Chri-
stus ponitur, tanquam eorum comes & itineris
socius, relictâ promissione sua illis facta coactus
& necessitatus, ut videlicet fidem verbis suis
præstaret. Ita opinatur Beda, dicens: *Loquentes*
de se Dominus appropinquans comitatur: ut quod
factum promissor simplaret, scilicet, ut ubi sunt
duo vel tres in nomine meo congregati, ibi sum in
medio eorum.

22. Luc. 1. Deus ad Zachariam seniore Sa-
cerdotem, dum is Altari incensaret, Angelum
quendam submittit, qui ei nomine suo nascitu-
rum promittat filium, dicens: *Vxor tua Elisa-*
beth pariet filium. Luc. 1. Sanctus autem Sen-
do cum suam cum Elisabethæ conjugis suæ seni-
lem ætatem considerans, iis quæ ab Angelo di-
cuntur diffidens adhibere fidem, & quasi ritu-

bare videbatur, dicebat enim: *Vnde hoc sciam? ego*
sum senex, & uxor mea processit in diobus suis.
Quem Gabriel Archangelus haud dubiè repre-
hendens hunc ferè in modum creditur fuisse al-
locutus: *Quid dicis, ô Zacharia? Ergone me uti-*
quam cognoscis? An me Angelum quendam
coram divina Majestate in caelesti curia continuo
assistentem esse ignoras? Itane mecum aut cum
eo qui similis mihi est procedere soles, dicendo:
Vnde hoc sciam? In incredulitatis tuæ justam po-
enam loquela tua orbarus esto: Eris tacens, &
non poteris loqui: sed quamobrem? Quia non cre-
didisti verbis meis, quasi diceret: *Deus tibi pro-*
mittit, suoque verbo certum te & securum reddit,
nasciturum esse infalibiler tibi filium, & tu ei-
dem fidem adhibere tenuis? Ergone Dei promiss-
sa vana esse posse tibi imaginaris? Eras utique, si
id tibi persuades, nec ego hunc errorem tuum
impune dissimulare ulla ratione possum. Unde
Modernus quidam scriptor causam investigans:
(Quare Zacharias ab Angelo tam graviter pu-
niatur?) respondet: (Quia post Dei promissio-
nem, ultra quam nihil est amplius desiderandum,
signum quærit.)

23. Non igitur deinceps admittit sanctum Pe-
trum Apostolum, dum in monte Thabor consti-
tutus, Dominum ut perpetuam quandam in eo
monte mansionem figeret obsecraretur, hoc te-
tulisse responsum. *Ne, ceteris quid diceret.* Merito
enim id de sancto Petro dicebatur, quia si Chri-
stus verba Petri exaudisset dicens: *Bonum est*
nos hic esse, faciamus hic tabernaculum, qua ra-
tione tot nobis à sanctis Prophetis ex speciali Dei
commissione factæ promissiones adimpleri po-
tissent? Nunquid, ô Petre, facis advertis, quod
si Dominus meus tuæ voluntati acquiesceret,
opus fuisset ut ejus promissiones, quibus se mor-
te sua toti mundo vitam datorum promiserat, fi-
dei & veritatis omnis expertes fierent, id quod
absolutè arduum est & impossibile: *Non est bo-*
num Petre, ita loquitur sanctus Damascenus,
quod Christus tibi moraretur: *quoniam si mansis-*
set, nequaquam facta promissio consequeretur ef-
fectum. Quis itaque Christum promissionem
suam quoad tempus resurrectionis suæ sefellisse,
assimare audebit? Nemo utique: imò quilibet
nostrum eum quoad hoc glorificando dicat: *Re-*
surrexit sicut dixit.

24. Omnibus igitur hæc tenus dictis supposi-
tis, scite hodie percuperem, an vos quoque à morte
peccati ad gratiæ vitam resuscitati sitis, sicut di-
xillis & promissistis. Nunquid Deo & Confessario
vestro

Ioan. Syl-
veir. l. 1. c.
4. qu. 29.

Luc. 9.

Damasc.
serm. in
Cat. D.
Thom. ca.
9. Luc.

Paulisti Quadragesimali.

Y y

Handwritten notes in the right margin, including the number '26' and some illegible text.

vestro firmiter promissis, vestram que fidem obstrinxistis, quod deinceps vitam sanctam & irreprehensibilem agere, & in hoc proposito Deum non amplius post hac offendendi perseverare velitis? Dicite sodes, nam huic promissioni respondeatis? Deus id ipsum scit: quemdam vos decepturos esse existimatis, vosmetipsos turpiter & graviter decipitis. Lex etenim precipit: (Studiosè agendum esse, ut ea quae promittuntur opere compleantur.) Et Gregorius IX. in Decretalibus: *Ea quae promittuntur, opere impleri debent.* Faxit Deus ne de vobis id quod Propheta ait, verificetur: *Inimici Domini menditi sunt ei.* Psalm. 80.

sed quomodo? Non videntes promissis, quibus se obligaverunt in praeceptis implendis, inquit Iustinus Athanasius ibid. fol. 170. Quid autem inde futurum erit? *Erui temporis eorum in saecula, id est, hoc tempus paene consumptionis eorum durans in saecula & in aeternum.* Curandum igitur nobis est, ut resurrectionis nostrae Christi resurrectioni similes sit quoad modum, qui in hoc consistit, quod *inter illi ultra non dominabitur*: sit item fidelis quoad tempus tridui promissum, sic enim de te quoque dici poterit quod de Christo: *Resurrexisti sicut dixisti.*

Extra. ad psalm. ca. qualiter. Greg. IX. in Decret.

SERMO XXXVII.
IN FERIAM SECUNDAM
PASCHATIS.

Duo ex Discipulis Jesu ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadium septuaginta ab Jerusalem, nomine Emaus &c. Luc. cap. 24.

Duo Discipuli Domini ibant in castellum Emaus, quod nunc juxta Bedam dicitur & est Nicopolis famosa Palaestinae civitas: ipsa est Nicopolis civitas insignis Palaestinae. Et quidem ex sacro Evangelio constat nobis, unum ex hisce discipulis Cleopham fuisse, alterum verò S. Ambrosius & Ludolphus Carthasianus Almeonem filium Rufi fuisse volunt: at verò Theophilus Episcopus & S. Gregorius Papa S. Lucam fuisse dicunt, qui propter humilitatem se non nominavit. Ibant autem associati: *Duo ex discipulis Jesu, non solum quia unus ceciderit, ab altero sustentaretur*: Verum etiam & quidem praecipue ut mandatis Magistri sui obtemperarent, qui eis charitatem sectari praecerat, quae si sancto Gregorio credimus *Mimus quam inter aves haberi non potest.* Porro familiari quodam discursu inter se de funestis rebus, quae paucis ante diebus acciderant, sermocinabantur: *Et ipsi loquebantur ad invicem de his omnibus quae acciderant, Eccles. 4. id est, de Passione Christi Magistri eorum, inquit S. Vincentius Ferrerius serm. 2. ad confusionem*

eorum, qui ad stationes suas eundo vel murrant, vel detractorie loquuntur de proximo, vel alios inter se miscunt vanos sermones: *Ipsi autem appropinquans ibat cum illis, sex quo colligimus, nos Deum habere ad eò nos in amorem, ut societatem nobis libenter praestet, & in afflictionibus nostris nos consoletur, quique sine nobis esse non posse videtur.* Discipuli quidem tam attenti respiciebant, nec tamen eum videndo, quifnam esset, cognoscere poterant: *Oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent, ac proinde quibus vis potius sibi imaginari fuisset, quam quod dicitur verè esset ipsum Magister, nam peregrinum perstabant eum, cuius unum non agnoscebant, inquit Beda.* Etenim obiectum omnino se hoc unum continens ob oculos suos positum habebant: *O quanta felicitas! illud tamen minime cognoscunt; O quanta miseria!* Unde Gregorius in Evangelio, hom. 23. *Convenienter uti scitum quam recognoscerent, non ostendit; hoc agens foris in oculis corporis, quod apud ipsos agebatur intus in oculis cordis: Ipsi namque apud se ipsos erant, & amabant, & habitabant.* Quia verò Deus

Ludolph. p. 2. c. 76.

Theoph. Greg. ap. Alb. Pat. sav. ib. serm. 2.

Greg. ho. 17. in Evangelio.